



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

Serenissimo Principi Philippo Wilhelmo Palatino Rheni Bavariae Ivliae Cliviae
Montivm Dvci Comiti Marchiae Ravenspurgii Morsiae Domino In Ravenstein.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

SERENISSIMO PRINCIPI
PHILIPPO
WILHELMO
PALATINO RHE-
NI BAVARIÆ IVLIÆ
CLIVIÆ MONTIVM DVCI
COMITI MARCHIÆ RA-
VENSPVRGII MORSIÆ.
DOMINO IN RA-
VENSTEIN.

Non diu PALATINI SANGVINIS DIVIS:
Illustribusque ANIMABUS, è monu-
mentis suis, hoc calamo redivivis, dis-
quirendum fuit, quò ipsi eundem. Quas enim
Orbis, Imperiique partes mallent revisere,
quàm *Arces, Vrbes, Provincias sedesque olim su-
as,* & ad TE TUOSQUE, *Serenissime Dux,* ut
Cognatum suum Sanguinem ambulare? cuius cle-
mentissimâ voluntate, pijsimôque affectu ex
damnatis musei mei latebris, pabulum alioquin
blattis futuri, in lucem solémque hunc prode-
unt. Rectè proin, atque ex ordine cum SERE-
(2) NISIMA

NISIMA FAMILIA *universa* feceris, si *venientes*, *benigno serenòque vultu* fueris complexus: & quam ab illis *avitæ Nobilitatis ac Christianæ Sanctitatis* lucem haulisti, illam virtutum *luculentiori incremento* auxeris; jta pari cum illis *passu Nomen & Gloria* vestra jbit in secula, & in omnem retrò *æternitatem*. Hoc Illorum, hoc Patriæ, hoc bonorum, hoc meum, & *universæ in primis Societatis Nostræ* votum est, Ac vel maximè, ut *potenti Illustrium harum Animarum Divorúmque deprecatione*, DEVS SERENITATEM *Vestram* cum omnibus *charis suis* jta tueatur ac prosperet, ut *maiorum exemplo*, in vera *orthodoxa fide, pietate, civilique gubernatione felices*, tandem hisce *Divis* (*seriùs quidem*) sed *proximiùs aliquando* in *Beatitatis sede collocemini*.

QVod dum SERENITATIBUS *vestris* pleno affectu *vovemus*, unum illud mihi *concedi demissè rogo*, ut me ad *extremum* *inscribam* & *sim*

Serenitatis Vestræ

Humilis & devotissimus

in Christo IESV

Servus

THEODORVS RHAY.